



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## In Genesis Enarratio

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

Capvt XXXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

ISRAEL *יִשְׂרָאֵל* Id est, princeps seu uictor  
 Dei, *אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל*. Ut autem Iacob in lucta cum  
 filio Dei uictor euadit, ita omnes pij per fidem ui-  
 tentes promissionibus Christi fiunt Israël, uincunt  
 iram Dei & Deum sibi uelut patrem beneuolum  
 conciliant.

## C A P V T XXXIII.

### LOCI QUATVOR.

I. *De Reconciliatione dissidentium  
 et artificio tuendæ concordia &  
 placandi animos offensos.*

Ut enim Iacob fratrem Esau iratum, humili sub-  
 iectione & deprecatione sua & præteritarum of-  
 fensionum obliuione placat, & in gratiam eius re-  
 dit: ita in omni uita ad tuendam concordiam & re-  
 conciliandos dissidentium animos, hæ quatuor uir-  
 tutes imprimis necessarie sunt.

I. Humilitas subiiciens se alijs & non arrogans  
 de se sentiens, nec superbe despiciens alios.

II. Mansuetudo moderans iracundiam & in-  
 dictæ cupiditatem.

III. Patientia tolerans aliorum infirmitates,  
 morositatem, suspicacitatem, ambitionem, inuorem  
*Ἐπινοήσιον, κενὸς ὄξισον.*



IIII. Ἐπιείκεια remittens offensiones, ac condonans ac obliuiscens etiam ueras iniurias concordiae causa.

Harum uirtutum omnium illustria exempla proponit historia reconciliationis duorum fratrum Iacob & Esau.

II. Locus. Cor hominis in manu Dei, & flectit illud quocumq; libet, sicut Esau irati cor flectit, ut Iacobum fratrem fraterna beneuolentia rursus complectatur.

III. Exemplum Emptionis & uenditionis, quae permutatione rerum contrahitur, similis illi, quae Iliad: 5. ab Homero describitur.

Νῆες δ' ἔκ λήμνοιο πῆξασαυ ὄνον ἄγασαε  
 ἔνθεν ἄρ' ὀνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί  
 ἄλλοι μὲν χαλκῶ ἄλλοι δ' αἰθωνί σιδ' ἕρω  
 ἄλλοι δὲ ρινοῖς, ἄλλοι δ' ἀντοῖσι βέεσσι.

Ita Iacob agrum emit centum agnis, sic enim interpretatur uocem Κεσίτα quam alij nūmismata certum significare aiunt. Quendam audiui, qui aureum insignitum sagittario notari dicebat, ualentem duos ungaricales. Is hanc uocem deduxit ἀρκον quod arcum denotat.

Agefi-



Agésilauſ dixit ſe ἑρισμυτοῖς τοξόταις, id eſt,  
 tricies mille aureis Perſicis ſagittario inſignitū  
 Aſia pulſum eſſe.

*IIII. Liberationem ex periculis ſequi  
 debet gratiarum actio, ut Luceo  
 poſt impetratam à Deo deſenſionem in  
 nere & liberationem ex periculis, hac ben  
 ficia diuina grato animo predicat.*

Sochoth, oppidum prope Mahanaim ſitum, ſi  
 trans Iordanem. Poſtea euerſum à Gedeone. Iud. 7.

שכנת tabernaculum.

Transiuitq; ſ. Iordanem.

In Salem urbem Sichimorum) ad ripam Iordani  
 ubi poſtea Iohannes baptizauit. Ioh. 3.

שלם pax.

A filijs Emor patris ſeu Principis Sichem.)

חמור Hamor, id eſt, aſinus.

שכם id eſt, humerus.

## C A P V T XXXIIII.

### LOCI.

I. Exemplum pœnæ Vagarum  
 bidim